noviſſima enim erat, videturqve Freidis Eirici Ruffi filia utrique interfuiſſe, poſteriori efferatam ferociter ſævuiſſe, minutiores circumſtantias non excutiam; non enim tanti eſt, annône uno aut altero diſcrepet inventio iſtarum terrarum, aut Eirici Ruffi vitæ exitus, & ſimilia. Qvæ verò de ſitu Vinlandiæ controverti poſſunt, in notis, qvanta potuimus deligentia, diſcusſimus. In eo enim terrarum Americæ Septentrionalis ambitu qværenda eſt, ubi ea vel proveniunt vel ſibi conſiſtunt, qvæ hic deſcribuntur, terrarumqve indoles his conſentanea reperitur, an verò illa ratione cæli, cui Eſtotilandia ex vulgari opinione ſubjicitur, ipſi competant, valde dubito.

Non me latet Bunonem, in no-

tis